



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 8. Viatus Londinium ingressus, captusque.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

contra ipsam, sed contra exterorum Sæc. XVI.  
 machinationes pro patriæ libertate sum- A.C. 1554.  
 pta essent.

## §. VIII.

*Viatus Londinum ingressus, captusque.*

**H**oc successu Viatus insolentior factus  
 recta Londinum suos cum quatuor  
 circiter armatorum millibus ducere sta-  
 tuit, ac die secunda Februarii quoddam  
 hujus Metropolis suburbium ingreditur,  
 ratus, cives ejus consiliis abs dubio  
 suffragaturos, ipsumque festive exceptu-  
 ros: cum autem pontem militibus va-  
 lide munitum cerneret, secus Tame-  
 sin flumen usque ad Kinystonum, oppi-  
 dum decem milliaribus Londino disti-  
 tum, remeare cogitur, ubi pontem dis-  
 jectum reperiens in eo reparando ali-  
 quot horas insumperat: tandem vero  
 ad adversam fluminis oram contendens,  
 duorumque ferme millium supplemen-  
 tis auctus copias suas proximius urbi  
 admovet, atque ad illius portas feria  
 quarta Cinerum, quæ in diem quintam  
 Februarii incidit, prope locum, qui vul-  
 go Hida-park vocatur, cum suis per-  
 venit. Comperto illius adventu Pem-  
 bruchius Comes selecto milite stipatus,  
 ac Clintonis auxilio fretus Viato urbem  
 intrandi spatium studiose indulgebat, eo

B 2

fine,

Sæc. XVI. A.C. 1554. fine, ut militibus a tergo dispositis cinctus eo facilius capi posset. Quocirca quo propius urbem accederet Viatus, eo cautius eidem objectis repagulis oppido validis quævis sese recipiendi opportunitas intercludebatur; Viatus vero nil mali suspicatus dextrorsum ad Witehallense Palatium contendit, amplamque ingressus plateam, quæ Stranda dicitur, ad Lutgatanam portam tendere satagebat: attonito similis hæsit, cum illam omnino oclusam cerneret, animoque dejectus tunc primum intellexerat, quod nullus sibi amplius fugiendi locus superesset, unde a feciali opportune submisso admonitus, ne tot hominum, qui eum infausta forte sequuntur, sanguinem incassum prodigeret, tandem nihil oblectatus sese dederat, atque in captivitatem abstractus fuit.

## §. IX.

*Suffolciæ Dux comprehensus, atque ad Turrim abductus.*

*Thuan. l. 13.* Cum hæc interea Viatus moliretur, Suffolciæ Dux in Varvicensi Provincia hærens parum secunda armorum fortuna utebatur. Equidem Regina hunc Ducem conjuratorum factioni nomen dedisse adeo non suspicabatur, ut illum præ ceteris unacum exercitu adversus